



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit p[ro]log[us] decimi libri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

daret: iussit illum apud viriandum adducet: et duos maximos clavos sine taringas a ceruice usq; ad crura configi. r. f. alios clavellos intra vngulas r. carnem digitis manum immitti. Et sic confossum decollari. De cuius collo columba nivea extens celum aduolare visa est. Qui passus est pridie kalen. nouemb. Corpus aut eius suuo sequane demersum a preside adies crione terre plumbi et limi ceno sepultum est: nec christianis inueniretur. Sed post annos. lv. a quadam matrona romana eusebia nomine taliter repertum est. Cum enim ipsa mulier ceca esset: angelus ei tertio apparuit: eamq admonuit ut in galliam ad corpus sancti quintini martyris requirendum accederet: sicq; visum recuperaret. Que dum locum ignorarer: angelico ductu illuc tandem deuenit: r. de corpore a multis requirens nihil omnino inuenire valuit. Dum autem orasset ad dominum: corpus ex una parte de lumine r. caput ex alia enata erat: r. usq; ad manus mulieris accessit. Quod illa accepens omnino incorruptum nimioq; odore fragrans: ad viriandum castrum portare dispositum. Sed dum ad radices montis peruenit corpus omnino immobile factum est: ubi diligina cognita voluntate eusebia corpus tumulauit: r. cotinuo eius tacu lumen recuperavit. Plurimi quoq; infirmi a diversis languoribus in eius inuentione sunt curati. Post decursum autem annorum. cccxx. dum corpus sancti martyris iterum esset incognitum: sancto elio noventonensi episcopo reuelatur. Qui post seculum triduanum: dum locum sibi ostentum ubi latebar effoderet: nocte lux de celo tanta circumfulsit: ut dies ora a pluribus crederetur: odoris q; suauissimi fragrancia erupit. Corpus ergo sancti repertus ac levatum: honorifico ac precioso locello condidit: ecclesiamq; r. monasterium ibidem edificant. Anno dñi. cccccclvij. ubi ad presens sanctum corpus requiescit: signisq; mirabilibus resulget.

De sancto Natale confessore. Cap. cxvij.



Etalis confessor te
pore zepherini pape rome clas-
ruit. Qui dum sanctis operibus
polleret: deceptus ab ascetivio et
theodoto collectarijs: qui ambo

Decimus

discipuli erant cuiusdam coriari apostate: ab ecclie communione deiecti: acqueuit ut episcopus illius heres nominaret acceptis pro salario. cl. nummis mestrue prestationis. Sed admonitus sepius a domino ut recipiceret: dum amore turpis luci recusaret: nocte quadam in somnis ab angelis diris verberibus flagellatur. Hanc autem liuores r. vulnera cycatrices in scapulis reperiens ac si vigilans corporaliter passus esset: territus ad papam zepherinum adiit: r. visionem narravit. Quem ille penitentem benignè suscepit: r. dignitas renuntianti satisfactionem imposuit. Naralis vero vitam in melius commurans: laudabilius finiuit: r. eiusdem pontificis tempore post modicam in pace quietuit pridie kalen. nouemb.

Explicit liber nonus.

Incipit plog⁹ decimi libri.



Eccl⁹ liber

huius catalogi continet in se passiones r. gesta illorum sanctorum quorum festivitates eveniunt infra tempus: in quo representat ecclesia propagationem illorum eius filiorum: qui fuerunt ecclesie eiusdem augmentatores: quales fuerunt sancte virginis. Hoc autem tempus est a kalendis mensis novemb. usq; ad adventum domini. Et hoc sub figura sanctorum prophetarum: quorum tunc varicinia r. proprie leguntur. Id est: ut plurimum carnali spatio contingat: in corporis r. mentis integritate dominio seruientes aduentum christi r. futuram tempora per spiritum predixerant: r. populum dominum suis variciniis a virtus r. erroribus redire: r. ad viam veritatis reducere studuerunt. Ad huius igitur temporis ultimi festa perpetranda veniendum est.